

SPECIMEN No: 55. 1766, 6.
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
TESTIBVS NON ROGATIS
IN
TESTAMENTO PRIVILEGIATO
PARENTVM
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PUBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVIS BVRG.
SOCIO
IN AVDITORIO PETRINO
DIE XXIV. SEPTEMBR. ANNO CICICCLXVI.
DEFENDET
VALENTINVS ALBERTI
BOEHLA MISNIC.

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



SPICIMEN
CONTINENS
CATAT. TAVIS. CONTROVERSAM
TESTAMENTO PRIVILEGIATO
TARANTUM
400
MUSICA SCOTIÆ ORDINIS GRATIA
TARANTUM
D. CHRISTIANO HENR. BREUNING
1700. 1701. 1702. 1703. 1704.
1705. 1706. 1707. 1708. 1709.
1710.
IN AVANTIO PETTINO
PIA ET A SEPTIMA ANNO DISCERNAXIT
DELL'ADRIET
AVANTINUS ALBERTI
1708. 1709.
LIPSIANA
HISTORIS AIDAEZ LAMONIENIAE



DE
TESTIBVS NON ROGATIS
IN
TESTAMENTO PARENTVM
PRIVILEGIATO.

III 2

Equidem iure veteri Romano, in quo testandi ius cuius patri familias concessum, nulla lex aderat, quae parentibus prohibuisset, quo minus solos liberos heredes scriberent, sive pater, sive mater, sive aviis aviaque fuerit, quod quidem de matre aviaue intelligentium censem, a quo tempore feminis testandi ius

A 2

com-



competiūt, cum scilicet non amplius in comitiis testarentur. Poterat itaque uterque parens liberos heredes scribere, sed fieri debebat modo solenni. Neque quidem illa remissa fuerat solennitas, sed si valereret, cunctae seruandae legum ceremoniae. Primus quidem, qui parentibus remisit solennitates, aut saltem earum ultimas adeo imperfectas restationes ratas iussit, fuit Imperator **CONSTANTINVS** in *L. vlt. C. famili. ercifc.* ea tamen cautione, ne quis extraneus ex eo ipso testamento capere debet, respectu cuius illa testatio rata non erat. Ampliavit postea hanc legem **IUSTINIANVS** in *Nou. CVII.*

§. II.

Est ergo parentum testamentum inter liberos illa ultima voluntas, qua liberos, additis partibus, heredes instituunt, remissis omnibus solennitatibus, modo constet, ita ultimam parentis voluntatem fuisse. Satis ergo, si, scriptura interueniente, constet, patrem scripsisse, vel si, testibus saltem duobus praesentibus, nuncupatio facta fuerit. Videndum de his maxime **CYACIVS** ad *Nouell. CVII. RITTERSHVSIUS* in *Comment. ad Nouell. Part. VI. cap. II. p. 294.*

§. III.

Non omnem causam huius priuilegii peruidet, magis est, ut de testibus in hoc testamento adhibendis, quid iustum sit, videamus. Cum in testibus id soleat obseruari, ut alii testes solennitatis, alii probationis causa, in actibus gerendis de ciuili iuri dispositione adhibeantur; constat in solenni testamento septenarium testium numerum adhiberi, non probationis causa, quamvis et per eos ultima voluntas probari possit, sed potius solennitatis ergo. Ex eo enim, quod per aes et libe-

liberam condebatur testamento, is numerus postea seruatus fuit. Iam vero imperfectum adeo ex Constantini lege seruabatur testamentum patris, in quo soli liberi instituti, illud vero absque dubio imperfectum erit, in quo testium seruatus numerus non est, concludo: testes, si qui in parentum inter liberos condito testamento adhibiti sunt, ii non solennitatis, sed tantum probationis causa, adhibiti esse videntur.

§. IV.

Neque IUSTINIANVS in cit. Nou. cum, quae in parentum testamentis hisce obseruanda sint, statueret, de testibus quidquam monuit, sed si in scriptis testatio illa fieret, plane ne testes quidem requisuisse videtur, quippe voluntatis probatio ex ipsa solum scriptura petenda. At nuncupatae voluntatis probationem testibus reliquit. Iam vero, cum in hoc testamenti genere, quod ex priuilegio imperfectum, sive sine testium quoque solennitate valet, testes aduocandi probationis ergo, facile ea quaestio definiri poterit, utrum tales tantum testes adhibendi, qui ad testimonii dictationem in testamento solenni adhibendi, an vero tales, qui sufficiunt tanquam classici ad probationem. Practerea an illi rogandi quoque sint.

§. V.

Quod ad primam attinet quaestionem, cum in scripto parentum testamento plane nulli requirantur testes, nuncupatiu vero testamenti maior solennitas esse non possit, quam scripti, ob vim priuilegii concessi, facile patet, testes tantum probationis causa adhibitos quosuis admittendos, quos lex alias a testimonii dictione in probatione cuiusvis

A 3

con-



controversae causae non arcet. Hinc defendi posset, si nuncupans testator feminam forsan adhibuisset, nuncupationem illam propterea non infirmari, quippe feminae a testimoniis dictione in probatione non arcuntur. Qui vero alias in probatione idonei non sunt, recte excluduntur, et in nuncupatio hoc parentum testamento priuilegiato.

§. VI.

Alteram quaestionem, an illi testes exhibiti rogandi sint, ex eodem argumento decidamus. Cum enim rogatio illa testium in testamento exhibitorum ex antiquo illo rite condendi testamenta in comitiis populi, in quibus rogabatur populus suffragia serent, *velint iubantque*, qui ritus in testibus populum adumbrantes mansit, facile patet, in nostro de quo dicimus testamento, rogationem non requiri. Sunt enim tantum testes, per quos probatur ultima voluntas. Non vero repraesentant populum ut docuit RIVINVS diff. de filio in testamento parentum priuilegiato non exhaeredando. Hinc nulla Comitiorum forma, hinc nulla rogatio. Fac ergo, testes adsuisse idoneos, fac, nuncupasse patrem testamentum inter liberos illis praesentibus et audiensibus, qui si postea deposuerint, quae patris fuerit inter liberos ultima voluntas, non ambigendum. Liberos ad seruandam illam ultimam voluntatem utique obstrictos esse, quamvis testes rogati non sint, neque ut intersint actui testandi aduocati.

At vero, quid sentiendum, si pater testamentum solenne conditurus, casu quodam rogationem omittat testium, reliquias.

◆ ◆ ◆

liquasque seruet solemnitates, an valeat hoc testamentum, in quo nemo institutus sit, praeterquam liberi, nec quidquam cuiquam in eo legatum. Speciem facti hanc expertus sum. Titius, pater sex liberorum, morti vicinus, ex Consilii patro- ni causarum testaturus, ad se septem aduocari iubet amicos, omnes masculos, atque ad testimonii dictiōnē habiles in te- stamento. Iis praesentibus, exhibet scripturam, suo nomine firmatam subsignatamque, ut mos est in testamentis scriptis, offert, nulla adhibita amplius rogatione, ut testamenti testes sint, ad subscribendum. Subscribunt omnes, subsignantque, nulla adiecta mentione, als erbethener Testaments-Zeuge. Reliqua testatio fit vno contextu nec interrupta. Mortuo testatore patre, aperiebantur testamenti tabulae, inque his nihil deprehendebatur, praeter sex liberorum heredum insti- tutio, quibus tamen inaequales pater scripsit partes, nul- la præterea legata, nulla fideicommissa. Quinque ex his agnoscabant statim patriam ultimam voluntatem, sexta filia acquiescendum esse non putabat, cum non quidem in legi- tima laesa esset, at minorem partem caperet, quam reli- qui et fratres et sorores. Ut ergo impugnarent patriam testamentum, cum nulla alia adesser infirmandi causa, ab eo infirmandi causam capiebat, quod decesset solemnis ro- gationis testium legibus praescripta. Quaerebatur ergo ex reliquorum fratribus et sororum partibus, an hoc ideo in- firmari posset testamentum, quod testium rogatio omissa es- set. Respondit ipsa Constantini *lex supra cit.* Inter omnes duntaxat heredes suos, qui ex qualibet venientes gradu, ta- men parés videntur esse, vel emancipatos, quos praetor ad successionem vocati sive coeptum neque impletum testamentum vel codicillus seu epistola parentis esse memoretur, sine quo- cunque alio modo scripturæ, quibuscumque verbis vel indiciis inueniantur relictae: iudicio familiae erescundae (licet ab intefla-



intestato ad successionem liberi vocentur) seruato SCri auxilio defuncti dispositio custodiatur, etiam si SOLEMNITATE LEGVM huiusmodi dispositio FVERIT DESTITUTA. Non ergo impugnari poterit parentis testamentum, qui forsitan solemnitate testandi voluntatem habuerat, quamvis illud solemnitate legum in rogatione testium fuerit destitutum.

T A N T V M.



Leipzig, Diss. 1766 A 6



TA-OC

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



S P E C I M E N

C O N T I N E N S

No: 55. 1766, 6.

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
D E
T E S T I B V S N O N R O G A T I S
I N
T E S T A M E N T O P R I V I L E G I A T O
P A R E N T V M
Q V O D
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E
D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G
P R O F E S S O R. P V B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.
E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.
S O C I O
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
D I E X X I V. S E P T E M B R. A N N O C I C I O C C L X V I .
D E F E N D E T
V A L E N T I N V S A L B E R T I
B O E H L A M I S N I C.

L I P S I A E
L I T T E R I S V I D V A E L A N G E N H E M I A E.

